

[III m 2]

QUANTAS RERUM metrum secundum quod dicitur Pindaricum de quo habitum est supra libro primo metro quinto. In hoc autem metro, quia dixerat supra quod <sup>u</sup>vis nature facit quod intencio hominum semper tendit in bonum, commendat<sup>1</sup> <sup>u</sup>vim nature quantum ad hoc quantumcumque res abducatur assuefacione <sup>u</sup>vel <sup>u</sup>violencia ad aliquid quod est preter naturam tamen sibi dimissa redit ad id quod <sup>u</sup>convenit sibi secundum naturam. Et circa hoc tria facit. Primo dat suam intencionem. Secundo manifestat propositum quatuor exemplis ibi (7) QUAMVIS PENI. Tercio concludit ita generaliter esse in omnibus ibi (34) REPETUNT PROPRIOS. Dat ergo intencionem suam dicens (5) PLACET scilicet mihi Philosophie PROMERE id est manifestare CANTU ARGUTO id est sonoro (6) LENTIS FIDIBUS id est cordis producte sonantibus: tales enim corde concordant isti metro. Hec<sup>2</sup> fidis enim<sup>2</sup> idem est quod corda cythare. (1) QUANTAS HABENAS id est naturales inclinaciones RERUM (2) NATURA POTENS id est potestas nature FLECTAT scilicet ab hiis que assuefacione <sup>u</sup>vel <sup>u</sup>violencia fiunt ad id quod <sup>u</sup>convenit secundum naturam FLECTAT inquam LEGIBUS QUIBUS PROVIDA id est ipsa natura <sup>u</sup>providens unde patet quod loquitur de natura naturante scilicet Deo

---

-----  
 1 commendat RPO contendat J / 2 hec fidis enim RO fidis enim P  
 hec fidis J /

(3) SERVET ORBEM et <sup>u</sup> vocat leges determinaciones <sup>u</sup> vel proprietates cuiuslibet rei consignatas a Deo in natura (4) STRINGATQUE scilicet natura LIGANS SINGULA INRESOLUTO NEXU id est proporcione indissolubili. Deinde cum dicit (7) QUAMVIS PENI manifestat propositum suum per exempla quatuor quorum primum est de quadrupedibus puta de leonibus, unde dicit QUAMVIS LEONES PENI id est domestici <sup>u</sup> vel Peni id est Libici. Secundum enim Ysidorum <sup>3</sup> Ethymologiarum libro nono capitulo de <sup>u</sup> vocabulis gencium Peni sunt Cartaginenses. <sup>2</sup> Est autem Cartago civitas <sup>u</sup> Libie. Leones autem de Libia facilius domesticantur ut dicitur (7-8) GESTENT PULCRA VINCULA (9) CAPTENTQUE ESCAS DATAS MANIBUS scilicet magistri METUANTQUE TRUCEM id est crudelem magistrum (10) SOLITI FERRE id est pacienter sustinere VERBERA (11) SI CRUOR TINXERIT HORRIDA ORA (12) ANIMI OLIM RESIDES id est ociosi et quieti REDEUNT scilicet ad innatam crudelitatem (13) MEMINEREQUE SUI id est sue nature GRAVI FREMITU LAXANT COLLA NODIS SOLUTIS id est <sup>u</sup> solvendo <sup>u</sup> vincula sua (15) PRIMUSQUE IMBUIIT id est recipit <sup>u</sup> vel experitur IRAS DOMITOR LACER id est laceratus CRUENTO DENTE. Sensus est: quantumcumque leo domesticetur et <sup>u</sup> assuefacione abducatur a naturali crudelitate, si alliciatur cruore <sup>u</sup> vel sanguine redit ad naturalem crudelitatem. Deinde cum dicit (17) QUE CANIT ponit

2 ~~IX~~ ~~116~~  
 3 Ysid(orum) RPO ysider(e) J / 4 hora J / 5 et RPO om. J /

Should be  
in CAPS

secundum exemplum de <sup>u</sup>volatilibus puta de <sup>u</sup>ave dicens (18) ALES  
 QUE GARULA CANIT ALTIS RAMIS CLAUDITUR ANTRO CAVEE<sup>6</sup> scilicet ut  
 ibi ad solacium hominum domesticetur (19) HUIC scilicet <sup>u</sup>avi  
 LICET CURA LUDENS HOMINUM MINISTRET POCULA ILLITA id est linita  
 MELLE poculum est <sup>u</sup>vas de quo potatur quod linitur melle ut aqua  
 sit dulcior quam bibit <sup>u</sup>avis (20) LARGASQUE DAPES STUDIO DULCI  
 quia delectantur homines <sup>u</sup>servire talibus <sup>u</sup>avis (22) SI TAMEN  
<sup>u</sup>avis illa SALIENS TECTO id est ex tecto ARTO VIDERIT GRATAS  
 UMBRAS NEMORUM, (24) PROTERIT PEDIBUS ESCAS SPARSAS TANTUM MESTA  
 scilicet quia detenta fuit SILVAS REQUIRIT SILVAS DULCI VOCE  
 SUSURRAT id est susurrando appetit. Sensus est quod <sup>u</sup>avis que  
 preter naturam domesticatur quantumcumque deliciis hominum foveatur  
 tamen habita oportunitate redit ad naturalem <sup>u</sup>silvestritatem. Deinde  
 cum dicit (27) VALIDIS ponit tertium exemplum in <sup>u</sup>vegetabilibus  
 puta de <sup>u</sup>virga crescente dicens (27-28) VIRGA ACTA id est coacta  
 VALIDIS VIRIBUS scilicet alicuius hominis incur<sup>u</sup>vantis eam FLECTIT  
 PRONUM CACUMEN (29) HANC scilicet <sup>u</sup>virgam SI DEXTRA CURVANS (30)  
 REMISIT SPECTAT CELUM RECTO VERTICE quasi diceret deposita  
<sup>u</sup>violencia<sup>7</sup> redit ad naturalem rectitudinem. Deinde cum dicit  
 (31) CADIT HESPERIAS ponit quartum exemplum in celestibus  
 corporibus et loquitur in hoc exemplo more poetarum qui fingeant

---

6 cave J / 7 <sup>u</sup>violencia J /

solem tempore <sup>u</sup>vespertino descendere in Oceanum ut ibi <sup>u</sup>lavaretur  
 alludentes ei quod apparet ruditati hominum. Unde dicit (31)  
 PHEBUS id est sol CADIT IN UNDAE HESPERIAS id est occidentales  
 (32) SED SECRETO TRAMITE quia motus eius sub terra non apparet  
 nobis RURSUS (33) FLECTIT CURRUM<sup>8</sup> de curru solis dictum est  
 supra libro secundo<sup>9</sup> metro tercio AD SOLITOS ORTUS. Deinde cum  
 dicit (34) REPETUNT docet idem<sup>10</sup> esse generaliter in omnibus  
 dicens quod QUEQUE REPETUNT PROPRIOS RECURSUS id est suos  
 naturales motus -QUE pro et (35) SINGULA GAUDENT SUO REDITU id  
 est redeundo ad id quod <sup>u</sup>convenit sibi secundum naturam NEC ORDO  
 TRADITUS scilicet per <sup>u</sup>assuefactionem <sup>u</sup>vel <sup>u</sup>violenciam MANET ULLI  
 NISI QUOD FINE IUNXERIT ORTUM id est nisi redeat ad suum  
 naturale principium tanquam ad finem (38) STABILEMQUE ORBEM  
 id est reciprocacionem coniungendo finem<sup>11</sup> principio in quo  
 stabilitur quiescit SUI FECERIT talem orbem facit qui procedens  
 a <sup>12</sup>Deo tanquam principio transit sic per temporali<sup>12</sup> quod redit  
 ad Deum tanquam finem.<sup>13</sup>

-----  
 -----  
 8 currum RPO cursum J / 9 secundo RPO primo J / 10 idem RPO id J /  
 11 finem RPO fine J / 12 ~~a RO et ( ) J~~ (in quo stabilitur . . .  
 tanquam principio om. P) / 13 finem RPO ad finem J /